

del Sr. D. Carlos Cortes - C. 123 36 81

CAX. 5. 014

COMMENTARIA

IOANNIS MATIENZO REGII

Senatoris in cancellaria Argentina Regni

Peru in librum quintum recolle-

ctionis legum Hispania.

et per 10. de S. de And.



CVM PRIVILEGIO.

Mantuae Carpentanae.

Excudebat Franciscus Sanctius.

Anno. M D. LXXX.

Esta cassado el pliego a maravedis.


D. An. Maria Luana



ILL VSTRISSIMO DOMINO DO

MINO ANTONIO MAVRINO DE PAZOS EPISCO

po Patenſi Regio ac ſupremo ſenatu præfecto præclariffimo Ioannes Matienço in iure Cæſarè deſignatus Regièq; cancellariè Argentinæ ſenator ſummam felicitatem.



XCELSAE DIGNITATIS FASTI-
gium præclariffime Princeps, quo tua te virtus ſumma, reli-
gio ſingularis, & præclara euexit ſapientia, facile omnium
ora & vota in te conuertit, quibus magna cuiuſcuq; rei inſti-
tutum aut aggredi, aut perficere eſt in animo. Ita enim rem
ſibi bene geſtam non immerito auſumant, ſi tanti iuminis ſa-
uore aſpirante quaſi felicibus augurijs rem auſpicari, felices
quoq; progrefſus, & ſecundos exitus ſibi promittant. Ego item
vnu e multis Illuſtriſſime Antiffites, hos literarios labores
in lucem editurus, male de illis meritus eſſem, niſi ita colloca-

rem, ut omne hominum inuidiam & detractiõne facile eſſent contempturi: id quod ſuma tue
celſitudinis dignitas ſupremumq; imperium ſine vlllo negotio præſtabunt. Etenim huius æta-
tis hominum mala mens, malus animus uſq; adeo prurit, & titillatur maledicendi ſcabiè,
ut cum boni quidpiam quis feciſſe videatur, nempe ut aliqua ex parte Rempublicam iuuet,
id tamen vitio vertunt. Videor audire cauillantes inter ſe maledicos, nihil hic eſſe mecum, na-
tamq; ex parturienti monte corniculam pennis alienis ornatã, quibus ſi nudetur vel Heradito
abunde riſum moueat. Dicet ni fallor nil boni in hiſce comentarijs eſſe, quod ab alijs non exce-
perim. Quod etſi conceſſerim, natamq; corniculam non negauerim, minime concedam, furtiuſ
fuſſe ornatam coloribus. Furtiuæ enim haud quaquã dicenda ſunt pennæ, quæ domino cuius
ſunt inſcribuntur: nos ſiquidem nihil ex bonis auctoribus ſumpſimus, non adſcripto ſt atim
auctoris, & loci, cui acceptum ferimus nomine, tum Plinij ſuaſſumoti, benignum dicentis eſſe
& plenum ingenij pudoris, fateri, per quos profecerim, tum vero tenuitatis noſtræ conſciji fore ar-
bitrantes, ut nulla nobis in literis fides haberetur. Et præterea ſi mihi aliena tribuere voluiſ-
ſem, nõ protinus appoſuiſſe locorũ teſtimonia, prout nõ pauci aperti e tyrani faciunt, qui aliorũ, quæ
propria ſunt, aut ſaltem omnibus communia, legem (ut uetus adagium ait) in manibus habent-
es ſine vlla ratione ſibi vendicare non erubeſcunt. Verum qui me propter hoc opus incuſabunt
ſimiles erunt canibus, qui non ſolum à domo vel agro domini ſui, ſed & ab omni conſinio lon-
geremoſo viatores arceri volunt: contra illos etiam, qui per publicam & cõmunem viam gra-
diuntur, impartuniſſime latrant. Nam quis obſetra ex noſtratibus ab hoc triviali itinere deui-
abitur. Nonne Bartolus iuris lucerna a Cyno & Petro, Balãus ab eis, Iaſon ab Alexandro &
alii ab alijs plurima ſubtraxerunt? Imo quod grauius eſt in furti ſuſpitiõne inciderunt, quod
auctores perparci citauerint. Ceterum ſi quid laudis debitum eſt ei, qui vagantes per agros ho-
mines in ciuitatem coegerit, quicquid miſcellaneam vrbis multitudinem in ſuas claſſes, &
tribus ordinauit, ſi quid deniq; premiij ponitur ei, qui conſuſſos olim in exercitu milites ac propè
pugnantes ſecum in legiones, centurias, cohortes manipulos, decurias diſtinguere docuit, pedites
ab equitatu, rorarios à triarijs, ſerentarios à uelutibus, ſubcenturiatos ab expeditis ſecemen-
do, lege militari ſtatuta, ne quis extra ordinem pedem mouerit: labori quoq; noſtro non nihil
gratiæ (ne quid arrogantiuſ dixero) iure debetur, quod ex multis rei literaria præptuarijs
quandã

COMMENTARIA IOANNIS MATIENZO REGII

Senatoris in cancelaria Argentina Regni
Peru, in librum quintum recolle
ctionis legum Hispaniæ.

LIBRO QUINTO.

Titulo. 1. de los casamientos.

Glossa unica.

Ex rubrica tituli. 1. de Matrimonio lib. 6.



Definitione singula queque cogno
scimus in principio.

Matrimony diffinitio nu. 1. &
deinceps.

Pluralitas vxorum an quando
que licuerit nu. 2. et sequen
tissime, nu. 9. & deinceps.

3 Naturale ius dicitur dupliciter.

Matrimonium quomodo dicatur de iure naturali
ibidem.

4 Naturalis iuris principia per se omnia nota.

5 Naturalis iuris secundaria precepta non omnibus
nota.

6 Natura contrarium dicitur si suis impediatur a na
tura intentus.

Homicidium a natura prohibitum per prima eius prin
cipia, ibidem.

7 Natura duplicem suam intendit, alteram principalem
per se notam, alteram secundariam.

8 Matrimony suis a natura intentus.

9 Vxorum pluralitas an sit contra ius nature?

10 Vxorum pluralitas est contra ius diuinum.

11. 12 Vxores plures habere an aliquando licuerit sine dis
pensatione, aut reuelatione?

13 Vxorum pluralitas iure nature an liceat, & an sint
meritoria?

Dispensatio dupliciter dici potest ibidem.

14 Maritos plures habere an aliquando licuerit?

15 Matrimonium non congruit animalibus irrati
onabilibus.

Matrimonium est de inclinatione naturali rationabili
ibidem.

16 Lex. 1. 6. ius naturale ff. de inst. & in. & h. ius natu

rare inst. de iure natur. intelligitur.

17 Matrimonium non dicitur maris & femine coniu
ctio ibidem.

18 Consensus in matrimonio necessarius.

19 Lex de matrimonio loquens intelligitur de matrimo
nio consensu perfecto, quatinus carnalis copula se
quuta non fuerit.

Matrimonium copulatum an dicatur quod consensu
solo perfectum est ibidem.

20 Matrimonium non est sine consensu licet cetera con
eurrant.

Matrimonium efficit ut transferatur corpus homi
nis liberi in feminam ibid.

21 Consensus in matrimonio an sufficiat ut separatim
praestetur a coniugibus?

22 Consensus in matrimonio qualis esse debeat?

23 Matrimonium an verba requirat, vel signa ad con
sensum exprimendum?

Verba in matrimonio an sint de substantia? ibid.

24 Matrimonium an presumatur ex concubitu, & co
habitatione?

25 Matrimonij consensus an signis exprimatur?

Anulus quare sponso in quarta digito sinistria manus
inferitur ibid.

26 Matrimonium non est deficiente consensu, etiam copula
subsequuta, et si pariter consensus praecesserit.

27 Patet si consensum coniugalem praestiterit nomine si
ly presentis, & tacentis verum dicitur matri
monium.

28 Matrimonium a deo libere contrahi oportet, ut nul
lus sit potestas humana quae ad id contrahendum
aliquem cogere possit.

29 Iudices licet non possint subditos cogere ad celebra
dum matrimonium, eos tamen allicere possunt.

30 Ius an praetoribus vel maioribus praesentibus, & eo
sensum conjugale pro eis praestantibus, etque ta cen
tibus, contraxisse matrimonium censatur?

31 Matrimonium consensu perfectum, si nullum sit ra
tionis impedimentum, dispensatione summi Pontifi
cis sequens, superueniente copula, reuocatur.

Matrimo

Mantuæ Carpentanæ.
Excudebat Franciscus Sanctius,
Anno. M. D. LXXX.